



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 10. Quid circa co[n]sentientem & palpantem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

ergo jam cōsulens est causa efficax damni quo-  
ad substantiam, uti recte Molin. d. 736. n. 3., ex-  
cusat tamen Lugo n. 15., si non suafit absolutē fu-  
rari, sed tantūm circumstantiam temporis, v.g.  
quia certō prævidebat post octo dies causandum  
esse maius damnum; & consentit *Ills.* n. 186.

§. 6. An & quomodo peccet contra justitiam, 32  
ac consequenter teneatur restituere, qui alteri  
suadet, ut furetur Petro potius quam Paulo, vel  
potius diviti quam pauperi, dictū est l.2. à n. 225.

§. 7. Si fur serio minans mortem petat sibi o- 33  
stendi rem alienam, quam vult furari, possum o-  
stendere; nec teneor restituere, quamvis addide-  
rim, ibi est, accipe, per hoc enim non sum causa da-  
nni, quod illatum fuisset, quamvis non dixisse, ut acciperet, ostendere autem poteram ob me-  
tum mortis. Quod si jubeat sibi ostendi meum,  
& ego ostendam alterius thesaurum, teneor re-  
stituere, quia sum causa damni, fur enim non ha-  
bebat determinatam voluntatem ad thesaurum  
alterius. Si dicat, ostende thesaurum Petri, alio-  
quin auferam tuum, possem ostendere thesau-  
rum Petri, quia ad hunc habebat determinatam  
voluntatem, nec cum tanto damno meo tene-  
bar non ostendere, præsertim cum ostensio ha-  
beret se indifferenter, secundūm se; & illā positā  
tantūm permittam furtum: denique si jubeat o-  
stendi omnē thesaurum, possem ostendere alie-  
num celato meo, ita *Less.* in auct. v. *Restit. cas.* 7.

Q. 10. Quid circa consentientem & palpantem. R. 34  
§. 1. Ille hic dicitur consentiens, cuius consensus  
requiritur, ut fiat executio injuriæ; palpans au-  
tem dicitur, qui adulatur vel laudat, sicque in-  
ducit ad faciendam iniuriam tertio.

**35** §. 2. Si consentias, antequam sit posita causa efficax damni, quamvis scias illam sine te adhuc ab alio esse ponendam, nihilominus teneris restituere, v. g. tu scis, etiamsi non consentias, electionem iniustum esse faciendam ab aliis, si tu prius consentias, quam suffragia sufficientia & quidem irrevocabilia sint data, teneris ad damage inde secuta, ita Lugo d. 19.n. 19. & ratio dabitur n. 49.

**36** §. 3. Si adulatio non sit causa damage, sed vel sequatur post damage, vel tantum inducat latitiam in animum damnificantis, non est obligatio ad restitutionem, quia supponitur damage aliunde causatum; hinc etiam restituere non tenetur, qui rati-habet illud, quod se ignorantie est gestum, Less. Molin. Vasq. Dian. p. 4. t. 4. R. 64. Si tamen laus vel adulatio esset causa, cur restitutio non fieret, jam caufaret obligacionem restituendi.

**37** Q. 11. Quidcirca illum, qui dat recursum vel participat. R. §. 1. Qui recipiunt vel præbent recursum injurianti, non tenentur restituere, si per hoc non sint causa damage facti, nec omissæ restitutionis, nec damage iterum faciendi.

**38** §. 2. Per participantem intelligitur ille, qui est socius iniustæ acceptationis, ideoque dicitur capere partem illius de cætero qui de re jam erupta participat, tenetur ex re accepta id solummodo restituere, quod accepit.

**39** §. 3. Notarius tenetur ad restitutionem, quando conficit instrumentum, ex vi cuius postea petitur usura, quia verè participat & est concausa efficax damage; uti etiam erit, si scribat sententiam aperte iniquam, ex vi cuius facienda sit executio.

§. 4.